Ego ſum flos
campi Cant. 2.
Recitatur in libro
de Enigmatibus
i. obſcuris queſtio-
nibus. Regina Sabba ingreſſa
e ad regem ſalamonem. Ubi
dicitur quod post dicta regina ſapientiam
ſalomonis experiri volens. Inter
alia habuit duos flores unum
per artem humanam, alia vero per naturam
factum, quos ante regem aliquantu-
lum remote per famulum ſuum
fecit oſtendi. Dicens ei. No-
tifico dominationi tue, o rex
quod unus e floribus est naturalis alius
autem artificialis. Reſpiciens
rex utroſque flores, nullo modo
poterat per viſum unum ab alio
diſcernere. Vocavit igitur fa-
mulum ſuum cui occulte imperavit
dicens quod una manu portaret
intus muſcas manu clauſa
alia vero intus apes. Redijt
famulus. Cui rex vade ad flo-
res et ambas manus aperies
muſcas ſcilicet et apes evolare
permittas et factum eſt ita.
Apes vero volaverunt ad florem
verum, muſce autem ad fictum
et depictum. Tunc rex ad
reginam. Ecce iſte flos eſt
verus in quo apes, et iſte fictus
in quo muſce ſunt poſite.

Spiritualiter hodie flores appa-
ruerunt in terra noſtra i. in ſe-
culo inter quos precellit virgo
maria. De qua yſaias. xi.
Egredietur virga i. generationis
linea de radice yeſſe et flos
de radice eius aſcendit i. virgo
maria de eius generatione egre-
dietur et naſcetur ſicut hodie
factum eſt. Job. 14. Quaſi flos
vera et non ficta e egreſſa, quia
ſuper hanc non muſce peccati, aut
ſpiritus maligni vel alicuius immundicie
ſe poſuerunt. Sed apes celeſtis
De quo Bernardus in quodam ſermone
ſic dicit. Apiculus qui paſcitur
inter lilia qui floricetum in-
habitat patriam ſ. angelorum,
ad civitatem nazareth, que
flos interpretatur advolavit ad
ſuavem odorem perpetue virginitatis
florem advenit ibi ſedit illi
adheſit. Huius apuli mel
et aculeum non ignorant
qui miſericordiam et iudicium
dei cantant. Attamen ad
nos veniens ſolum mel attu-
lit et non aculeum ſ. miſericordiam
et non iudicium. Sunt autem
quidam flores ficti et facti et
non veri ſ. homines huius mundi
qui videntur boni, et ſunt mali
qui etiam quibuſdam vanitatum
ornamentis ſunt compoſiti, ſuper

quos miserie diuisorum peccatorum
et maligni spiritus ascendunt
nycol. Unde nicol'. Plane inuenicule
nostre ornate et picte flores sunt
facti Unde vanitatibus huius mundi
incedunt fallaciter apposite Et,
quia virgo maria hodie ex vtero
matris sue est egressa quasi flos
verus / quia campi / non fictus / quia
non artis [?] ... dicit // Ego
flos campi // Et tanguntur
tria de virgine maria // Illa
primo demonstratur singulariter
per fastigium speciale / quia ego est
pronomen demonstratiuum //
Secundo desideratur suauiter propter
preconium virginale / quia flos //
Tertio imploratur vniuersaliter
propter auxilium generale / quia campi
mundi singulare Dico primo quod demonstratur
singulariter per fastigium speciale
Quia ergo singulariter ditata
et dotata priuilegiis et prero
gatiuis specialibus super omnem cre
aturam Quibus quo / certe istud
Ego sum illa quam patres pro omnibus
sacrificauerunt / quam filius preelegit
et amauit / quam spiritus sanctus filio
Clemens dei fecundauit // Clemens ergo
sum quia transcendo omnes virgines
iudicatrice [?] fecunditate / omnes con
fessores temperantie sobrietate
Crisost. sicut dicit Crisost. super ... //

Transcendo martires pene
et martirum quantitate / quia aliorum
martirum carnem / sed beate virginis
animam legitur doloris gladius
pertransisse // Luce 2 // Ego etiam Luce
transcendo apostolos fidei firmitate
In me enim sola passionis tempore
fides remansit inuiolata //
Transcendo etiam patriarchas prolis
sublimitate Ipsi enim homines / ego
vero deum et hominem genui Item
transcendo prophetas cognicionis
veritate. Nam ipsi per fidem
cognouerunt sed in me ego ex
perimentaliter didici. scilicet quod concepi
sine viri semine / portaui sine
~~grauamine~~ grauedine / peperi
sine dolore et sine corruptione
Etiam transcendo angelos
glorie et sedis sublimitate propter
fecunditatem et carnis virgini
tatem. primo etiam sicut dicit Bern. Bern.
Transcendo angelos in maiori
puritate / in maiori humilitate
et in maiori caritate Ut pos
sim dicere illud Ecc 24.
Ego in altissimis habito
et thronus meus in columpna
nubis gyrum celi circuiui sola
et profundum abyssi penetraui
et in fluctibus maris ambulaui
Et in omni terra steti et in omni populo
et in omni gente primatum habui
Patet igitur qualiter virgo maria

xpc ista spalia fastigia per
pnomē ego singulari demo
strat dr q Ego / et sic de pmo
pncipali // Sequit sm flos
.i. q maria vgo desideat suauit
xpc pximo vginale Nam
mt certu in flore desiderantur
tria .s. decor / odor / et fructus
expectacio // De pmo Cantic
.4. // Tota pulchra es amica
mea et macula no est in te
Clemens No fuit ~~fuit~~ i
ea macula nec mortalis nec
venialis qd de nulla sco alio
pt dici // Sicut dicit Aug
In lib de na et gra // Item
Aug cu de pccis agitur etc
Qua xpc spons vocat ea
amica Cant pmo pulcherrima
inter Vn scs in sermone hu
festi dicit Si diligent atten
dis nichil est vtutis nichil sple
doris nichil gre seu candoris
qd no resplendeat in vgine
glosa Vn legit de ea in
figu / hest .2. q erat formosa
valde et incredibili pulchritudine
omi ocul gciosa et amabilis
videbat / et amauit eam rex
plus q oes mulieres sicut 2
Ecce .7. // Pulchritudinem
candoris admirabit oculus
Et Ambrosius Quid pul
chrius q nobilius q splendidius

illa / q splendor elegit et in
glē Quid castius ea que
corpus xpi sine corpis sui co
tagione generauit Et ut de
ceteris taceam Ipsa .n. est
quam euangelista monstrauit
angelus recepit / sponsus elegit
Et que digna fuit ut filius
dei ex ea nascret // Bernardus
Deum huius decebat nativi
tas / q no n de vgine nas
cere / Virgini talis decue
bat partus / ut no n deum
pareret // Nec enim est illa
virgo decora mente et cor
pore pre pfulgida / q specie
et pulchritudine sua in
celestibus est cognita / celi
cives in sui pvocavit aspectum /
ita ut et regis animum in sua
inclinaret concupiscenciam
Ut celeste de superius mit
teret nuncium / cuius no potuit
expectacione visum / s inter
descendens pervenit ipsum etc
pz qualis vgo sit desideat
suauit pp pulchritudinem
que notat in flore cu dicit
Ego flos. // Scdo desideat
odor ob cuius fragrancia sci
tatis e fama. Ista virtus eius
humi servabat humilitatem
vite simplicitatem / manus

misericordie opera, animus pietate
Affectus bonitate, cor sanctitatem
gestus honestate. Venit ipsius
dignitate // Unde canitur in odore
unguentorum tuorum. Dicit enim
plinius quod sensus olfactus maxime
viget in vulture. Unde sentit
odorem cadaverum a remotis. Et
quamvis vultur avis sit despecta
Nichil tamen secundum plinium est in
vulture quod non sit salutiferum, et
multum contrariatur serpentibus
secundum eundem // Spiritualiter vultur est
quelibet fidelis et humilis anima
que multum contrariatur serpentibus
id est demonibus. Et quamvis a filiis huius
lucis est despecta, ipsa tamen
valde salutifera et deo grata
Et sentiens virginis odorem
currat et sequatur eam per cordis
amorem et vite sanctitatem //
Unde Ambrosius libro 2. de
virginitate. Vita marie sit vobis
tanquam ymago depicta, in qua
velud speculo species castitatis
forma virtutis. Hinc sumatis
exempla vivendi, quid corrigere
quid fugere quid tenere debeatis. Et
dicit 2. Sufficiat in quo ostenditur
quod maria desideratur suavitate propter
odoris fragranciam // Tercio
et hic flos desideratur propter fructus
eius primicias. Unde ipsa Eccl. 24.
Ego inquit quasi vitis fruc-
tificavi. Vitis enim generat botrum
sic iste flos maria protulit dei
filium, deum et hominem. De quo
botro legitur in figura Numeri
13. Botrum absciderunt pal-
mite cum uva sua quem por-
taverunt in vecte duo viri.
Botrus est christus in torculari
crucis pressus, ex quo fluxit san-
guis vinum in salutem hominum.
Tracta duo viri portantes
duo sunt testamenta vetus
scilicet et novum. Tracta ut vides
hic ad botrum est marie fructus
De quo in evangelio Luce
1. Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui.
Bernardus. In quo benedicti sunt omnes gen-
tes. Benedictus in sapore, in odore
et decore. De primo psalmista: Gustate
et videte quoniam suavis est dominus
De 2°. ysaac in persona patris
Genesis 28. Ecce inquit
odor filii mei sicut odor agri
pleni cui benedixit dominus // De 3°.
Splendor glorie et figura substancie eius
Et sic habemus secundum principale.
ubi describitur maria desideratur
suavitate propter preconium virginale quod
notatur cum dicitur Ego flos // Secundo
tangitur quod imploratur utiliter et utilitate
propter auxilium generale quod notatur
cum dicitur campi. Nam virgo sancta
non vult haberi in cubiculo reclusa

nec in orto circumseptus sed in campo
omnibus exposita. Unde triplex est con
siderandus flos, scilicet flos in tha
lamo, flos in orto et flos in campo.
Flos vero in thalamo est illatus
et non maculatus, et signat religiosos.
In orto signat laycos. In campo
autem signat beatam virginem, que omnibus
sunt expositum. // Tractet si
vis. Unde post invenimus eam
in campis. Quia per Bernardum
de ea sic dicitur: Maria omnibus omnia
facta sapientibus et insipientibus,
omnibus se debitorem fecit; misericordie
sinum aperit. De plenitudine eius
acceperunt universi: Captivus re
demptionem, eger curacionem, tristis
consolacionem, peccator veniam, Justus
graciam, Angeli leticiam, Dei
filius humane carnis substanciam.
Et non est qui se abscondat a calore
eius. // Ideo ipsa de se in Ecclesiastico 24°:
Transite ad me omnes; nullum
excipit, sed omnes venire et
salvos fieri concupiscit. Merito
ergo dicit: Ego flos campi.
Ad quem nos perducat eius
filius Christus Jhesus. Amen

Laudetur sit nomen domini

Orate pro Johanne Ymelonck
Liber mariepacis

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Inches
Centimetres

TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19